1 Mad

Krasowo Markowski **Obligatio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen personali
comparens Nobilis Christophorus olim Mathiae Sobota Kra-
sowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit
Quia Nobili Joanni olim Laurentij Markowski bonorum suorum
in haereditate Krasowo Wielkie consistentium in primo loco quinq
sulcos a granicie Kosowska ad sylvam protendentium inter metas
Mroczkowsky et Bartholomaei iacentium, in alio campo medium man-
sum a sylva ad granicie Hodyszewska protendentium inter metas
re supra iacentem cum pratis rubetis et omnibus ac singulis utili-
tatibus nullis exceptis in decem florenis polonicalibus ad exemptio-
nem obligavit et inscripsit. Intromissionemque exnunc admisit, et evicti-
onem ac evincere ab omnibus personis submittit sub vadio simili
Et perempta coram officio praesenti responsione sine quovis iuris
diffugio. Haec sua personali recognitione mediante.

Kulesze Truskolesny **Obligatio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen personali
comparens Nobilis Stanislaus olim Raphaelis Skwarek Gaso-
wski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit.
Quia Nobili Jacobo Truskolesny olim Martini filio bonorum
in haereditate Kulesze Kosowka sitorum super se devolutorum
in areis hortis agris pratis campis rubetis et cum omnibus
utilibus fructibus proventibus attinentiis nullis exceptis totam
sortem suam se concernentem in summa duodecim sexage-
narum Poloni ad exemptionem et summa ex eo obliga-
et inscripsit. Et intromissionem exnunc per ministerialem et Nobiles tuba ac-
ceptam admisit Pacemque et evictionem ab omnibus personis
cavet submittet non iniuriaturum. Et coram officio praesenti pe-
rempta responsione omnibus iuris remediis se abscribendo.

Rzadca **Quietatio.**

Coram officio praesenti personaliter comparens Nobilis Albertus olim Mathiae
Rzadca sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit
Quia sibi Nobilis Franciscus olim Christophori Rzadca ex